

missionem^a, quam prefatus predecessor noster papa Urbanus instituit, auctoritate nobis a Deo concessa concedimus et confirmamus atque uxores et filios eorum, bona quoque et possessiones sub sancte ecclesie, nostra etiam et archiepiscoporum, episcoporum^b et aliorum prelatorum ecclesie^c Dei^c protectione manere decernimus. Auctoritate^d etiam apostolica prohibemus, ut de omnibus, que illi, qui crucem acceperint^e, quiete possederint^f, nulla deinceps questio moveatur, donec de^g ipsorum^h reditu vel obitu^g certissime cognoscatur^d. Preterea, quoniam illi, qui Domino militant, nequaquam in vestibus preciosis nec cultu forme nec canibus velⁱ accipitribus vel^k aliis, que portendant^l lasciviam, debent intendere, prudentiam vestram in Domino commoneamus, ut, qui tam sanctum opus incipere decreverint, nullatenus in vestibus variis aut grisiis^m, sive in armis aureis vel argenteis intendantⁿ, sed in talibus armis equis et ceteris, quibus vehementius infideles expugnent, totis viribus studium et diligentiam^o adhibeant. Quicumque^p vero ere premuntur alieno et tam sanctum iter puro corde inceperint, de preterito usuras non solvant et, si ipsi vel alii pro eis occasione usurarum astricti^q sunt sacramento vel fide, apostolica eos^r auctoritate absolvimus. Liceat^s eis etiam^s terras sive ceteras possessiones suas, postquam commoniti propinqui sive domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodare aut noluerint^t aut non valuerint, ecclesiis vel personis ecclesiasticis vel aliis quoque fidelibus libere et sine ulla reclamazione inpingnorare^p. Peccatorum remissionem et absolutionem iuxta prefati^u predecessoris nostri institutionem omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate nobis a Deo concessa talem^v concedimus, ut, qui tam sanctum iter de-

- a) remissionem peccatorum *M*. b) et episcoporum *M*. c) *om. L*.
d) Auctoritate — cognoscatur *om. S*. e) acceperunt *L*. f) possiderint *O*.
g) donec ipsius reditus vel obitus *O*. h) *om. L*, ipsius *NU I. II*.
i) nec *M. NU II*. k) nec *NU II*. l) portendat *L*. m) griseis *L*.
n) intrudent *S*. o) suam *add. O. NU I*. p) Quicumque — impignerare *om. L*.
q) constricti *O*. r) *om. M*. s) Liceat eis et *M*, Liceat enim eis *O*, Liceat etiam eis *NU II*.
t) noluerunt *M*. u) *om. M*.
a) tali *L*.

7 que illi qui] que cum *Fr. (NU I u. II: illi qui)*. 13/14 nullatenus — 15 intendant] ad haec non intendant *Fr*. 15 talibus] *om. Fr*.
16 vehementius] *om. Fr*. 24 et] *om. Fr.*, libere et absque *NU I*, libere et sine *NU II*.